liberis:non a libertis hominibus dicuntur:quæ cũ proprie sit liberorũ:ꝓbabili⁹ ẽ đ his liberos q̃ liber tos trásigere. La. Ergo Morandus melius historiá scrib&:aut đ liberalib⁹ artib⁹ loquet : q̃ Dionysi⁹: quem hic pro libertino libertum uocat:quasi liber tini:siue liberti liberi non sint. Hic cum nihil tri buendum Dionysio putet:at quanto actori:tamé Guarino ueronensi repugnari nephas putat : eru dito illi quidem uiro:Sed quia uiuus est : nõ dum inter diuos reponendo:& nequaq̃ ad maiestatem Dionysii aspiranti qui in quadam oratione menti onem Tarquinii superbi facit tanq̃ prisco geniti : quasi debuerit illic Guarinus a recepta:& trita opi nione dissentirẽ.quem reor & si græcarum litteraꝝ peritissimus est:tamen non dum eo tempore legis se illud Dionysii opus:quod etiam paucissimi græ corum legerunt. Inunc & dic me tunc illud opus legisse:cum eum libellum composui:de quo nunc controuersia est:quæ res cum ex aliis multis : tum uero ex quibusdam a Dionysii probatione dissen tientibus cum constet : quia in causa coniecturali omnem:ut aiunt:lapidem mouebam : tamen hic mentiri me ait:& quoniá iusiurandum interpone bam:peierare:quasi omnes:sicuti ipse:deum non timeant:& nullum sit ratum nisi per stygiam palu dem : iusiurandum . & orcus apud græcos:quos

tamen iſte contemnit:iuſiurandum dicatur & plu
ton:ſeu ſedes inferna.ut niſi per plutonem & infer
nam ſedem iurare non liceat.ad quam ſe iturum :
& ubi Liuius agit ad helyſios campos:& amoena
piorum concilia:ut uere ſit Benedictus & optat &
ſperat.Sed caueat moneo ne illic a Dionyſio uel
accuſetur:uel ſcutica uerberetur:qui barbarus græ
cos quales ſunt inferi iudices:contempſerit.Cuius
Dionyſii probationem:quia me dixi tanq̃ fulmen
in eum torquere:ipſe uelut Laurentiana ſimia ait
ſe fulmen Tullianum in me contorquere:qđ Cice
ro ĩ Bruto meminit priſci Tarquinii:tanq̃ aui Tar
quinii ſuperbi:quaſi nõ dicat Dionyſius poſſe pu
tari ſuperiorem Tarquinium patrem poſterioris :
quia hunc nepotem adoptauit:& quaſi non idem
Terentium uarronem patronum ſuum multo de
teriorem Marco Tullio & in notitia uetuſta
tis longe peritiorem notauerit : nedum Cicero
nem & quaſi non maioris ſit in hiſtoria auctorita
tis Liuius q̃ Cicero. Vt taceam non nunq̃
Ciceronem in hiſtoriarum : ac fabularum cogniti
one non ſatis fuiſſe approbatum. Idem ut me
impugnet ait Lucium Tarquinium : qui po
ſtea ſuperbus eſt appellatus:minorem natu fuiſſe
Arunte : quod cum omneſ hiſtorici ueteres: tum
ipſe Liuius ait:quod iſte cæcus non uidet ſe
improbare Liuium : quē aduerſus me defēdere:&

cuius uicem dolere uideri uult. Nonne hæc uecor diæ: atque cerebrositatis signa sunt maxima? id e uidentius ex ipso cõfutationis generẽ licet ĩtelligas ut eius principia quædam attigam. Ait autem. Be: Duodecim positiones affers: quas sũmatim duxi refellendas: Et primum mihi refers ꝙ ego uerisimi lius affirmem Tarquinium priscum filiis extanti bus sibi duobus ex uxore: destinasse genero poti us serua nato regnum per manus tradere: q̃ filiis. Hic nisi fuissem tecum agere sine iniuria pollicitus exclamassem te Laurenti peruersorem. nam id mi nime dixi: quinimo priscum post acceptum uul nus uerbum negaui protulisse: quem si loqui po tuisset: filios hæredes dimissurum fuisse rebar. Id circo falsas intuli rationes tuas esse quod affirma res ei nõ fuisse liberos dum moreretur. La Quã paucis in uerbis quot deliramenta? primum quid ad rem attinet dicere se negasse Tarquinium post acceptum uulnus uerba protulisse? nõ magis q̃ ne gasse eundem dormire: aut comedere: uel bibere potuisse. Taceo ꝙ ait rebat dimissurũ filios hr̃des quasi ipse tunc fuerit cum non dum Tarquinius uulnus accepisset. Taceo uerboꝝ quoque absurdi tatem: dimittere filios hr̃des: & filiis extãtibus. De inde cur arbitratũ illũ filios hr̃des fuisse factuꝝ: quem Liuius scribat: fuisse facturum ut uidebatur occiso Seruio hr̃dem regni quencunq; alium gene rum delegisse. Postremo cum hoc ego negem

uerisimile esse quod Liuius ait idemque hoc ipse Liuii patronus uerisimile dicat qua tandem uesa nia est exclamare me preuersorem: qui dixerim id ab eo dici: quod ab ipso Liuio dicitur. An est aliud destinare regnum tradere cuipiam: q̃ esse factu rum quempiã regni hr̃dem? Vter ergo nostrum est ego ne uerbo℞ peruersor: an ipse mente peruer sus? Venit ad alteram ut ipse appellat positio nem meã iquiens. Be. Vnde pari iure tua secunda ratio uelut inanis ẽ sublata: dum negas extincto Seruio priscum: alium sibi generum fuisse ascitu℞ cui regnum relinqueret. Hic ut uideo surdo narra tur fabula. nam de Prisci uolũtate negaui compertum aliquid haberi: licet Anci filii suspicarentur id fore: quod tamen factu℞ inficiabar priscum: quia non relinquitur futu℞ necessario quod alius quis piam putauerit. Quam ob rem si mentem Liuii pari iudicas rõne uehementer erras. Non signauit hunc in topicis locum Cicero: non Boetius: non Aristoteles: ut si dixerit historicũ quenquam ima ginari fore aliquid necessario sit eadem scribentis opinio. non ne legisti quot capita: tot setẽtiæ? La. Non ne hoc sũme uesanie sũmũ argumentum est ut obiicias alteri peruersitatẽ: ipse peruersor. Quæ enim maior peruersitas est q̃ cum dicat Liuius: ꝗ priscus uidebatur facturus occiso Seruio quencũ que alium generum: quem delegisset hr̃dem regni negare hoc uisum aliis nisi soli Anci filiis. Hoc

uerba Liuii non dicunt:hoc ſermo publicus non ſentit ut ſi dicam:ideo Cæſar interfectus:quia uide batur ſe regem facturus non id dico quod ſolis in terfectoribus uidebatur: ſed quod omnibus. Ita nunc Priſcus omnibus uidebatur facturus generꝝ regni heredem nam cur id ſolis filiis Anci: quod nullis aliis uidebatur foreſan ita dementes erant? hoc nemo tradit imo quantum uideo ex eorum conſilio prudentiſſimi fuerunt:quibus niſi uafra mentum mulieris obſtitiſſet regnum paternum recuperaſſent. Ergo demens Liuius fuit qui facit hoc uiſum eſſe illius? Minime quia & illis & omnibus priſcus uidebatur Seruio uel cuicun que alteri genero regnum relicturus.ob id uideli cet:quia filios non habebat. Nec uero relictur9 generꝝ regem: ſed regni adminiſtratorem ſub fi duciaria tutela nepotum infantium Lucii & Arū tis.itaque per hanc fiduciariam tutelam & admini ſtrationem ſucceſſor regni:atque regnator erat fu turus ſeruius:id quod maxime dolebat filiis Anci. Ergo non ueriſimiliter dixit Liuius ſi filios habe bat priſcum fuiſſe facturum non filios heredes regni:ſed ſerua natum:aut quencunque alium ge nerum:ideſt deſtinaſſe huic potius q̄ filiis regnum per manus tradere. Annon hoc mi Baueri ualidiſſimum argumentum eſt? & Ciceroni: Boetioque: & Ariſtoteli comprobandum? Me lius argumentum eius: Morione dignum:quot

capita tot ſententie:quaſi rationis locum optineat id quod alicui capitoſo:cerebroſoq; uideatur aut fuerit hiſtoricæ grauitatiſ: atque prudentiæ: eam opinionem.ſiue ut hic Ciceronianus noſter ait eam imaginationē attribuere filiis Anci regis:quæ abſurda:quæ capitoſa:quæ incredibilis foret.Hoc autem & opinari & dicere Morandi ſeu Morionis ē.Sed ne plura repetantur:ueniamus ad tertiā ubi ait.

Be.Tertio mihi das uitio:quod eſſe affirmauerim credibilius Tarquinio & Tanaquil cariorem generum unum q̄ duos filios. Non queo me Laurenti continere totiens prouocatus tuis in me confictis mendatiis.extat enim libellus meus apud te ſicut ais:cuiuſ exemplaria plura ſunt ſcripta. Vnd̄ commentum hoc tuum liquere poteſt. Imo dixi futuros cariores filios q̄ generum: atque dimiſſurum fuiſſe priſcum illos heredeſ; ſi teſtari potuiſſ&. Et quidem uehementius me agitant iſta tua mendacia:q̄ contumeliæ quibus in riſum totus effundor. Verum indignitate moueor cum hæc offendo tua de me commenta.

La.Siqua fides mi Baueri uereor: ne tua ars par non ſit huius Langori: atque morbo: ea loquentis: quæ non ſani eſſe hominiſ: non ſanus iuret horeſtes. Ait futuros cariores priſco

filios q̃ genere. Si futuri cariores ergo non erãt. At fuissent si testari ille potuisset. Stulte propositi onis: stultior ratio quasi facultas: potestasq́ testã di faciat patri filios caros. nõ quia filios quis insti tuit hr̃des: ideo caros habet: ideo hr̃des instituit. Non potuit cum uulnus accepit instituere hr̃des? quin antea instituerat? certe quia caros nõ habuit Hoc naturæ repugnans ẽ. Ergo dicendum ꝙ nul los filios habebat. Est ne hoc mendacia dicere? ẽ hoc confingere? Heccine erunt cõmenta? & quæ moueãt homini idignationẽ: & ut ipse barbare ait indignitatem? atq́ etiam addit. Be. Eodem item ĩ loco inquis cum ego agam de utriusque parentis uoluntate: atque proposito hr̃dis instituendi: tu de presenti necessitate Tanaquillidis loqueris. Exi stimabam me ad hominem Liuio nec minorem in genio: nec minorem iudicio: qualem te ipsum pre dicas: habere sermonem: qui cum dixissem de pa terna uoluntate non esse cautum: quia uulnere accepto loqui nõ potuit: neque quenq̃ salutare si cut Dionysius asseuerat tuus: neque antea constitisset de matris mente: nisi cum neces sitas coegit: affirmaui Seruio Tanaquil regnũ cessisse necessario: quod alioquin filiis seruaturam esse non ambigebam.

La. Taceo stulta ironia usum quod putarit me Liuio maiorẽ: taceo stulte ẽt dixisse: se affirmasse

quod affirmare non attinebat:cũ id ex historia non ex ipsius auctoritate cõstet. Taceo stulte dixisse ca utum de paterna uoluntate. nã qd sibi uult hæc o ratio:nisi sentit cautũ ꝑ cõpertũ accipiendum esse. i his uerbis mi Baueri nisi tibi hic mẽtecapt9 uidet quominus ipe tibi talis uidear nõ recuso. Iá nũc ele borum prepara:quo aut me purges ut insanientem aut Morandũ. Ego negaui Tanaquillidem si mater Lutii & Aruntis erat:passurá fuisse ut duobus filiis maritus anteferret generum:uel serua natum: uel a liũ quécunqꝫ. Iste respondet nõ constituisse de ma tris mente:quasi uocari in dubiũ queat:facile passu ra fuerit hoc Tanaquil necne:nõ constabat de men te matris. Id apud moriones insanosqꝫ non constat sed apud homines rationis cõpotes: simul ac consti tuerit fuisse Tanaquillidé matré:& de illius in filios pietate constabit. Quod etiá hic instantissime confi tetur:cũ inquit. quod alioquin filiis seruaturam es se non ambigebam. Si seruatura erat: cur ita filios tractat? ut credat homines regnum eius non ad fi lios peruenturũ. Plurima in hominis stultitiá dici possent:sed eum plurimis confutare propemodum stulti est. Ideoqꝫ tantum quartam eius positionem addam dicentis. Be: Quarta similiter ratio tua de me falsa mentitur:qꝫ ponam sperasse Priscum & Ta naquil Seruio Romanum Populum obsequẽtioré fore q̃ propriis liberis:&si testamentum facer potu isset Tarquinius; seruium potius reliquisset heredé

q̃ ei fidutiariam regni tutelam cõmisisset. In quo q̃ manifeste delires audi uerba mea: quæ apud te in depulsione mea priore comperies. De patre autem secus existimandum: qui si post acceptum uulnus a ut testari aut fari potuisset: quippe affirmauerim di missurum filios heredes fuisse sub tutore Seruio: ni si forte timuisset fraudem: quam pæstitisset ipse re lictus tutor filiorum regis Anci. Hic licet uidere: quot uelis subterfugere figmentis: q̃q; boni uiri de te mihi fidem minuisti. La. Est mihi Baueri (ut tu optime nosti) genus hominum stultissimum: & i dem malitiosissimum: idest quod ob mentis peruer sitatem maxime cupiat fallere: sed propter inopiam consilii minime possit. Talis est Morandus: qui & fallere uult iudicem: mihi suum uitium tribuens: & tamen ab ipso honeste: ut falsus depræhenderet. Ita enim loquitur quasi ipsum ego impugnare ince perim non ipse me. Ego contra Liuium loquens a liquot argumentis colligebam nõ esse credibile Pris cum potius generum: q̃ liberos heredes fuisse factu rum. Quam argumentationem deinde tum huic Liuiano patrono respondebam: contraxi & item huius defensionem his uerbis. Be. Mihi uidetur i dem parentes sperasse Populum Romanum obse quentiorem fore regiis liberis q̃ regio liberto: & si te stamentum facer̃ potuisset Tarquinius potius fidu tiariam regni tutelam genero cõmissurus: q̃ here

dem eum facturus. Tibi non uidet nec Tarquinius daturus tutorem filiis Seruium ne fraudaret illos regno: ut ipse fraudarat filios Anci: nec Tanaquil ablatura regnum Seruio: quod ei flāma: quæ circa pueri caput arserat portendisset. Omnia contra naturam loqueris. ut taceam q̄ gener erat Seruius et libertus Tarquinii: quod ipse Tarquinius nō fuisset Anco: certe timor malæ tutelæ: & ostentum futuri regni: magis causam attulisset occidendi Seruii: q̄ heredis relinquendi. Sed cum esset opus tutore pupillis: nullus magis idoneus: q̄ gener uidebatur & flāma quæ in capite fulxerat auxilium non excidiū Tarquinianæ domui portēdebat. La. Ex his uerbis nonne quod ego in Liuio nego esse credibile: id iste credibile ait esse? Priscum ac Tanaquillidem sperasse Populum Romanum obsequētiorem fore regio liberto: quippe quem facere regni successorem destinauerant q̄ filiis. Et cum hæc ita sint: tamen me falsum mendacem delirum fictorem subterfugiētem: & in mentiendo impudentem appellat quasi ipse: ne quid aliud dicam: nihil subterfugiat: qui contra tot: ne dicam quales meas rationes nihil aliud respondet nisi se non ita dixisse stolidissimus tergiuersator improbissimusq; dissimulator: qui uulnera sua mauult occulere: q̄ fateri: in rebus necessariis mutus: in nugatoriis loquacissimus. Cuius nisi cætera stultiora sunt: q̄ ista: quæ protulit:

non abnuo quin hæc pro sapientissimis habeantur Huic ego pluribus respondeam: & eius singula quæque deliramenta confutem aut rerum aut uerborum? Nam ut aliquid tantum de uerbis dicam: ait. In quo quam manifeste delires audi uerba mea: cum dicere debuerit: in quo quam manifeste delires intelliges e uerbis meis. Item præstare fraudem: eodem modo dixit quo præstare quis bonam rem dicitur. Item si aut testari: aut fari potuisset: quorum alterum superuacaneum est. quippe etiam barbarissime posuit. Hic itaque ineruditus: & a me uictus atque exossatus: tandem cum alibi: tum in calce libri sui de me tanquam uicto insolentissime gloriatur. Et quia eum mihi quasi leoni latrantem caniculam dixi: hoc suam inuectiuam fine conclusit. Be: Et in quamcunque dormiturus aurem te posthac uertes tuo magis infortunio: quam meo dedecori uelut cælestem tibi canem improspera: & infoelitia tibi portendentem me caniculam compellabis. La. Non intelliges quid n. malesanus intelligat? canem seu caniculam cælestem in ore leonis esse: nec si cupiat illinc se eximere posse. idest sese in ore laurentiano uelit nolit & esse & semper fore.

Explicit confutatio Laurentii Vallæ in Benedictum morandum.

Laurētii Vallensis Inuectiua in Pogiū Incipit.

Vdio Pogium alteram in me composu isse inuectiuam longe priore acerbiorē: In qua nihil ad modū de uite causæ dis putat: quasi plane uictus superatusq; : sz totus in maledictis conuitiisq; uersatur. eā nōdū ha bere potui. Interea peragam triūphū meum: aut po tius iterum triūphabo ritu eorum imperatorum: qui bus unus dies ad triūphandū non fuit satis: atq; eo audatius id facere possum q iam ipsius quoq; hostis confessione uictoriā sū adeptus. Qui eni aduersus argumenta rationes, pbationesq; nō argumētis sed opprobriis: non rationibus sed conuitiis: non proba tionibus sed spurcitiis agit: is certe declarat se impa rem ac uictum esse: & uelut canē a fortiori laceratū plagas suas ululatū latratuq; solari: & hoc saltem ui dictæ genere inimicum suum ulcisci. Et quia iusto e prœlio non potuit discedere superior: sperat se su periorem & iusto. Nam quis quæso nō dico strenu us fortis & in bello iam uictor: sed probus atq; mo deratus uelit contendere cum auaro de auaritia cū ebrioso de ebrietate cum proditore de proditiōe cū libidinoso de libidine: certe nemo: ita nec cum dico malo de maledicentia de uirtutibus cum egregiis ui ris: non ē de uitiis cum honestis non cum facino rosis certamen & emulatio. Loquatur itaq; Pogius q̄tum uelit obscœne & spurce: facit quod suum ē

ſui ſemper eſt ſimilis pugnator peſſimus : calumnia
tor inſignis : cuius dicacitatem contemnere ac dam
nare me non imitari decet : licet non ita de ipſo ſim
meritus : ut in me carpendo pergere debuerit. ſiqui
dem cum promiſiſſẽ me omnes eius libros recogni
turum : & eorum uitia in triumpho tanq̃ captiuos
exhibiturum : id tamen non feci mollitia quadam
animi retentus : quaſi ſatiſ haberem uitia epiſtolaꝝ
oſtendiſſe. Sed quoniam hoſtiſ me cogit (ſi modo
hoſtis appellandus eſt: qui uictus atq; captus eſt) ꝑ
gamus ultionem:ac ueluti ſecundo die triũphemus
& quia debellatum eſt aliquãto hilarius repreſentã
tes quodãmodo illum priſcum romanorum morẽ
triumphandi. Nam ita accepimus inter mẽſas:quas
ciues per uias eſculentiſ poculentiſq; referſerant : e
xercitum uictorem cõmeſſabundum potabundũq;
tranſiſſe. Sic nos quaſi edentes atq; potantes aut cer
te ridentes triumphemus : poſtea alio modo de in
uectiua triumphaturi. Decet enim de uinoſo ebrio
ſoq; hoſte ſuperato talem nos agere triumphum :
Incipientes ab epiſtolis ad Nicolaum Nicoli miſſis.

SEd quo res ſit iocundior legentibus : ſub apo
logo:tanq̃ Guarinus cum ſcola ſua atq; domo aſſit
Erit autem uel apologus : uel ſcenicus quidam ac
tus. Saluus ſis Guarine. Gua. Salue Laurenti &

tu Pogi licet taceas: sed cur taces? Po. Utinam tā bene loquerer: q̃ bene taceo. La. At cur non sæpius taces q̄ loqueris? Po. Quia qui male loquuntur rarius tacent. La. Atqui nunc bene loqueris: quod est multo satius: q̄ tacere. Cur ergo Guarinum nō salutasti? Po. Non dico me male loqui: ꝙ loqui nesciam: sed ꝙ de aliis male loquar: ideoq; ad salutandum sum tardus. Gua. Ego me abs te Pogi salutatū puto: quid uultis? La. Guarine quæso te ꝓ tua singulari & humanitate & eruditione: te huic facto iudicem prebeas: tui enim artifitii est: de lingua latina agimus in qua tradenda tu principatum obtines Gua. Ego uero istud lubens: si modo Pogius forū nō declinet. Po. Quid ergo forum decliné: quod séper amaui & colui? quippe in quo sunt res ad delectandum gulam pertinentes emere solemus non dico Latucas Caules Allia sed Perdices Fasianos Anseres Anates Galinas Columbos Turdos Ficedulas Itemq; oratas Murenas Congros Mullos: preterea pastillos Copullos Salsamenta: & ante omnia duo de triginta genera uini egregii: quæ enumerabo: si uultis. Gua. Ista fora tibi reliquimꝰ colēda Pogi: Ego de illo loquor foro: unde ducunt causæ forēses. Po. Reliqs mihi hæc fora? & reliquas uolo Malo. n. ficedulas colere: q̄ lites cauponas: q̄ causas. Itaq; foꝝ cāꝝ ꝑ me uos colatis licet id uobis colēdū r̄liquo

Gua. geramus Pogio morem: non te in foro ad iudicem Pogi: sed in scolam uocari ad magistrum existima. Po. Ego ne puer quidem aut adolescens scolā adii: quomodo nunc adibo decrepitus? Gua. non dico ut discas sed ut cum Laurentio disputes. Po. quis me ad disputandum adiget? Gua. honestas ratio pudor. Po. si de saporibus disputandum sit non recuso. Gua. quid de sonis? an pluris est gustus q̄ auditus? Po. quid nisi cum sono uiui possit cū sapore non possit. Gua. Istuc Laurentii interest nō mea ego pro iudice uocatus sū non pro litigatore. itaq; uerbum non addo: tu modo Pogi uideto ne dum ista dicis tergiuersari ac fugere uideare. Po. Ego ne subterfugere ac tergiuersari uelim? qui nunq̄ fugi nec terga uerti: qui uictus prostratusq; nunq̄ me fateor uictum cotamq; mihi incumbentem unguibus dentibusq; pugno: ideo non est causa cur nos audias altercantes. La. Tu uero Pogi dūmodo prosternaris pugna q̄tum uis dentibus unguibusq;. Non eni pardus es aut leo ut ungues tui sint ac dentes reformidandi preserti habenti durissimam pellem: si tamen fateri uis: mei sunt in te pardini leoniniq; dētes & ungues. Cæterum nolo tecum pugnare: Guarinus modo sit examinator epistolarum tuarum ad Nicolaum missarum me nihil uerbo℞ facturo nisi hoc unum ne culpam in librarium reiitias. Est ne hic codex tuus? Po. Quid si negem meū esse? La. si negaueris tuum: ego dicam esse meum. Po. Guari

ne hic furti se alligat. La. nemo est fur rei domino carentis. Po. Ego istius codicis dominus sum: & tu eius fur. La. nō dixi me hūc librū esse meum dicere: sed dicturum: si tuū negasses. Quod si faceres iā huius libri fur non ero: sed dominus. tu uero non dominus libri: sed mei calumniator. Po. imo ipse sum dominus libri: non tu: quem tu forte furatus es illi: cui ego comodaui transcribēdum: nisi ab eo tu comodato accæpisti: licet hoc illi uetuerim. La. Iam culpā in librarium refūdere non potes: tanq̄ liber inemendate sit scriptus: quem tradis etiā non amicis transcribendum. uerum quid ita uetasti homini ne mihi comodaret: an ne te reprēhēderē? Po. tu me reprehēderes homo maxime reprehēdēd9? La. Experiamur an istuc possi Guario disceptatore & Iudice: in plurimis enim ut opinor errasti. Po. Mentiris. La. an mentiar cognoscas: licet en locos annotaui. Po. ubi sunt cedo codicem. La. istuc non faciam: ne hinc te proripias cū codice: tu potius Guarie īspice: & quoniā ipse hūc īsectari nō possum: tu pro peccatorum qualitate reprehend. Po. Quid poteris reprehēdere? La. Si te nō poterit: me poterit q̄ locos ī tuo libro: ut reprehēdēdos: anotaui: peccauerit eū censoria austeritate insecteē. placet ne hoc tibi? Po. cur non placeat mihi te reprehendi? Gua. uultis ne me castigare censorie: uel te Laurenti calumniātem: uel te pogi male loquētē? Po. Accipio condicionem dum Laurentium more

pogiano(scis quid dico(isecteris. La. Ita uolo: sed ut tu uicissim Guarine sustineas pres meas omissis tuis: ut sicubi repies pogiū Barbare loquentē: nō iudicem agas. sed accusatorem. Gua. ita fiet. igitur legam locos abste Laurenti notatos. illud aūt dili genter annotaui: nullo modo licere sacerdoti cape quicq̄ ex altari: preter uictum & uestitum: quod si plura: furem dicunt & latronem. Vnde pendet po gi illud: q̄ si plura: uerum hoc donemus. nemo ē qui in huiusmodi non aliquādo erret incuria qua dam. hoc mihi pre ceteris molestie plus affert. quid sibi uult pre & plus: Cicero nunq̄ sic dixit. Post qn denam ab his ptibus discedam Quocū stabulari umq; meos sæpe sic audio loquentes. uolo ire ad partes. Venerunt multi ptibus meis: quos ita lo quentes: & si non italicos tamen ridere soleo. Qui dēam aūt i ore illoꝝ nūq̄ audiui. Hoc si licet: nō ui deo cur non etiam liceat dicere decenam: Quaran tanam: & quedam alia more idiotaꝝ. Constitue te in locum meū: transfer te in locū meum: aut con fer: aut perge dicimus: mane: sede. pone te in loco meo dicimus: ita cōstitue Cum de proximo instet coronatio regis. de pximo quoqui mei iste ac sta bularii sermo est. Verbis peccatum est: q̄ neq; de pximo dicimus: & satis erat dicere. Instabat dies coronationis: hoc est aduentabat: et proxima erat dies ut Cæsar comentario primo. diem ex die du cere hedui. Cæsar ubi de diutius duci intellexit:

& diem instare: quo die frumentum militibus me tiri oportebat. & Lucanꝰ. Instabatq; dies: qui dat noua nomina fastis. & mox dum tā emeriti rema net ps ultima uiris. utile igitur cōsilium esset incipe quātociꝰ fieri posset mihi. credo libri sacri: quos legi & quotidie lego: refrixerunt pristinum studiū hu manitatis. Coquus meus parmeno & stabularius dromo sic mecum loquūtur: nec dedocere eos pos sum: quin auribus meis inculcent quātocius exi stimantes sic se loqui peneleganter: ac refrixit cum accētō nunq̄ dixerunt. Adesdum Dionysi adolescens ignis calesfit manus meas dicitur ne latine? Dion. minime mi magister. Gua. cur ita? Dion: quia in cohatiua hūc casū respuunt. Gua. uoca quæso po gi filios tuos q & si pueri: nisi hoc sciant: uerberādi sunt: non posse dici lectio refrigescit studium. Quod ergo in puero uerberibus dignum est: id in te pogi castigandum non erit? Quid fiet sub diuo Si græca nosces: ut nosce uideris: sub dio diceres: id est sub ioue [illegible] nō sub diuo. Rege quas miseram p las per unā nauem: que ut certum est iam dudū appulit in portū. una p quedam: ut in ueni hodie unū hominem amicū: sæpe ex parme none meo audiui ac dromōe. & iā dudū pro iā pri dē. appulit i portū p appulsa ē: nūq̄ audiui. homo potiꝰ ut ué. ꝰ appulit: q̄ nauis. Nam signum esset aliqualé memoriā remāsisse. plura ego parmenōe

Barbara: q̃ ille a me latina didici: aliqualis: aliqua liter q̃ nolē didicissem. ne quādo iis uterer: ut tu facis. que nūquid a tuo quoquo didicisti: cū quo genere hominum maior tibi q̃ mihi est consuetudo? Rogo ut me certifices: & hoc culinarium uocabulum est. Ne deuenirent in manibus fratris. Parmeno ades huc? dicitur ne hoc gramatice deuenerūt in manibus fratris? Par. Mi domine quis hoc dixit Gua. Nempe hic pogius. Par. iste pogius peius me loquitur: qui quoq̃nariam factito quæso mi domine p me quoquum pogium facito. Nanq; ad hāc rem uidetur mihi sane idoneus: ut uultus pmittit: aut certe celarium: Nam nescio quid uinaticum p̃ se fert. Gua. abi hinc improbe parmeno in colinam tuam. Nescis reperire modum: quo tria frustecula pānis exportēt. redi Parmeno redi frustecula pānis iqt pogius: tu quomodo diceres? Par. Ego sēp frustula carnis dico & frustula panis hui subcoque pogi ueni in culinam meam: nō frustulis panis & carnis: sz fustibus p pane carnē tuā saciabo. Gua: tace iam parmeno. Scripsi ad te me abiturum ad uos hoc mense Maii: aut amplius ad festum maii. Amplius in istum sensum ubi reperisti? Cicero cuius te cultorem ais: ad sūmum solet dicere. Discutiemus diligenter hoc fasciculum cogitationū mearum. hoc fasciculū dixisti pogi. Par. mi patrōe ego quē tu p cōtēptū appellas parmenonem: nō sic dixissem: sēpq; fasciculos faselorū: fenicusi: herbaę

dico tibi me attulisse de foro: nõ fasciculã. forte hic de paruis fasciis loquitur: quibus cogitatiões suas inuoluit: ut sic tũc fieret fasciculã. iam scio mi prõne recte loqutus est pol hõ iste. fasciculũ hoc a fas d riuat: cuius genitiuus est ut iste uult fascis. Gua. Iã odiosus es parmeno. Par. Ego uestre huic cenæ cõdimentũ: qđ est mee artis additiã. Ideo te rogo: ut illos libros ad me q̃ primũ mittas si illos habes: sin aũt sũmes mutuo a nicola. Gua. si ꝓ si nõ ubi a pud Ciceröẽ legisti? Par. qd illud mi domine sũme librũ mutuo ego nõnũq̃ oleum: salem: acetũ: panẽ uinũ mutuor a uicinis: nõ sartaginẽ: olłam: cultrũ: securi: pistillum: mortariũ sed comodato accipio Gua. Tu iam ꝓ me factus es iudex. par. assessor tu us ero si lubet. aut certe testis meæ doctrinæ: quã me Hercule nõ cõmutaueri cum pogiana. fac q̃so piculũ uter doctior. Gua. apagesis uino cales. Par. At hic uinum olet dii te ꝑdãt pogi: ut uehemẽter crapulam exalasti eructasti. Gua. Nõ hinc abis? Par. si me irritas ẽt dromonẽ uocabo. Gua. Poẽitet me hũc uocasse foras. Nam quoquũ: cuiꝰ i manu tua uita est: caue ledas. Que cũ õnibus grauia sint: tũ mihi ꝑsertim cõsueuerũt esse grauissima. Quid ita pogi aggressisti tum & presertim & grauissima ma lem dixisses quecumq; omnibus: tum uero mihi grauia esse cõsueuerunt: eo quod magis q̃ sunt sit Subiũctiui modi ẽ conuenerũt indicatiui. Vestes illas atritas: que penes te sunt: cupio ut uendãtur a

sin aut

Par. licet ne domie? Gua. minime: tace si sapis. Par. Ego sapio: sed hic sermo mihi nõ sapit: fatuus eni est & insulsus. Gua. Abi hinc abi hinc inq̃. Par. nõ abeo dromo herus te uocat. Dro. Quid uis here. Gua. hic tuus est herus: is iubeat quid uelit: qui mihi nihil optemperat. Par. sublimem intro hunc rape quantum potes in stabulũ tuũ. Dro. Quem? Par. pogium hunc. Dro. quamobrem? ut i stabulo tibi seruiat & mihi quãdoq; i culina. Dro. Quid fecit? Par. Latinitatem grãmaticamq; tanq̃ ollas frãgit: quem nisi ꝓhibeamus actum est delingua latina. Et postea Italici nos trãsalpinos Barbaros uocant: cum nemo italicoꝝ præter hunc nostrũ herum grãmaticus sit. Dro. Quid iste dixit? Par. Cupio ut illas uestes atritas uẽdat. Dro. Magis ipse atritum caput habet: q̃ ille uestes fuerint: sed quid iubes here huccine attritorem cõfractorẽq; latinarum ollaꝝ? in stabulum rapio ut cum caballo & asino uitam degat. Gua. huic tu asino credis caballe appagete ambo. Tum quia uidi paulõ cõmotum ppt lrãs ad te meas: quia difficilr̃ tolluntur. Paulo commotum dicimus non Paulum. & difficile difficulterq; non difficiliter. Par. Iste sunt subtilitates Italicorum uanæ: in quibus nullum peccatum est: tunc uere peccatur: cum grãmatica [illegible] bonum pulmentum socordia loqui corrũpitur: eũ Guarinus. tu ergo illa iudicato hæc ego tanq̃ in iusu meo ac partibus repugnantibus fact?

es Iudex. Par. nõ quid hic alter recusat me Iudicem
Laurentius ¶ Ego uero te: nec iudicem: nec
assessorem: nec testem nec aduocatum recusaue
rim: ita mihi uideris quoquorũ omniũ: quos
uidi doctissimus. sed uide ne hic sint: quibus magis
placeant manus tue: q̃ lingua. Par Quid tu putas
bonum quoquum esse posse sine ligua & palato?
mihi credo bonorũ quoquorũ magis lingua palatũq; agit
q̃ manus. Non uides ut magr̃ quoquorũ. quem he
rus meus uocat archimagerũ: nõ manib9 utit̃ sed
lingua atq; palato. Quare si sapis sine me: tanq̃ ar
chimagerum uti lingua in hunc subcoquũ meum
q Barbaram liguam habet: utinam possẽ & mani
bus uti. scis me? q̃to archimagerus utitur manib9:
q̃to peccantes subcoquos uerberat. Gua. Iam me
enecas lingua tua parmeno: reserua ista ad tua pul
menta: uereor ne hic eã sic defatiges: ut postea ni
hil intelligat. Par. Mi here cum lingua loquẽdo: ue
luti pinscendo deffessa est: tũc calefacta precipue
sapores intelligit uini presertim: Si non credis uel
pogium iterrogato: q singulis mihi uidetur iudex
ac censor uinaliorũ. Gua. Iam desine. Nec hũc quo
q; illũ mitto. sed ĩfra paucos dies certũ qd sciem9.
hoc, hoc tu uicium nõ uides Parmeno: ne nũc qd
dictum est nec quoq; nũc ut infra paucos dies: p
intra paucos dies ¶ Melius est peccare in hanc
pertem: q̃ omnino esse incredulus. qd nunc dicis
Parmẽo? Par. Nescio qd uicii uidr̃ uidor dic tu

Dro. Quid nõ uides bestia illud icredulus .Par. per iouem istuc ipsum aiaduertebam : sed subdu bitabam. Vere bestia: nam quid subdubitare opor tuit an dicẽdũ esset incredulus ã incredulũ : Sic.n. construitur esse omnino incredulũ hominem est prius q̃ eum peccare in hanc partem Nam ita con struendũ esse magr̃ meus rodulfus cherchph nos docebat. Aristoteles dixit democratiam omnibus peiorẽ. Gua. Quid hic parmeno & dromo ? iam iudicũ numerus creuit & testium. Dro. Certe om nium pessimam dixissem nõ peiorem: sicut hic ho mo est omnium pessimus non omnibus peior ne se ipso peior esse dicatur: & superlatiuũ ad ea : que sũt eiusdẽ generis cõperat Cõperatiuũ uero ad di uersos. Gua. dign9 es dromo qui tã loqueris ut de stabulo in aliud honestius te transferam ministeri um. Dro. sed quis caballum aut asinũ tuũ curabit. Gua. Quasi desint qui illos curent? Par. En pogiũ tibi dignũ. Gua. Me Hercule q asinum agitet. Par. Mite contumelias. Sũma cum animi iocunditate Non sic loquitur pogi cum uoluptate dicimus ani mi: nõ cum iocunditate. dicimus enim iocundita tis uobis orationis aspectus: quasi amẽitatis: hoc ẽ illud unde nascitur uoluptas. Non cupio diuitem fieri hoc est ualde opulentum. neq; hoc tacebit par meno. Par. Modo dicebat incredulus pro incredu lum: nunc autem diuitem pro diues. an te putas factum supius emẽdasse posteriore? mediusfidius

nõ alio modo: q̃ fecit nuper socius meus goschal chus: qui quoniã a me reprehensus ẽ (fuit enim ad iutor meus in coquendis epulis nuptialibus) q̃ in prandio carnes quasdam parũ elixasset: uesperi cũ assaret galinas: pene cõbuxit: uerumq̃ a me repre hensus respõdit min⁹ & minus si cõmisceant̃ effi cere temperatũ: ut si minus temperatũ aqua uinũ cum meratiore commisceas: fit tale uinũ: quale uti solemus. Quo responso pturbatus ego: fateor: nõ lingua sum usus: sed manibus: totq̃ pugnis homi nem cõtudi ut omne quod sorbilauerat uinum: coegerim euomere. Quod idem si liceret in pogiũ facerem: qui cũ semicrudis semiusta permiscet: que conuiuiis suis apponat: credens se uicium uicio e mendare. Peractis ex more solẽniis pluuiali ueste i dutus est: in de cum pontifex tum Impator equos ascendentes una uersus pontem adriani pfi iscũt. Gua Eodem modo loqutus est. quo quidam: q li brum suũ inscripsit de insigniis & armis: cũ dicere deberet de insignibus: eadem rõne dicuntur isignia & solennia. Vnde sicut insignibus & solennibus di cendum est. uersus quoq̃ põtem negant grãmatici dici posse: sed pontem uersus: illud quoq̃ cõscendẽ tes: ego maluissem dicere equis cõscensis. Supra põ tem aũt cum transiret descẽdens ex equo quamplu res strenuos miles uiros atq̃ adoloscentes militari bus insigniis donauit. En tu quoq̃ pogi dixisti isi gniis p insignibus: sicut sollẽniis p sollẽnibus: ét q̃

plures dixisti p cōplures:ubi enim legisti q̄plures?
Par.istud ego frequenter audiui .Gua. ubi legerit
quæro non ubi audierit:nec de recētibus scriptis
loquor:sed de uetustis.etiam supra pōtem transire
magis ciuium est q̄ hominū.homines enim supra
flumen transeunt:sed p pontem. Et nisi esset men
dositas exēplariorum:non essem molestus leonar
do.bellum Lucanū suma stulticia ceptum nescio
quem finem habebit.Tiranus ille Lucanus qui tā
diu urbem illam oppressit.Gua. Exemplariorum
simile est insigniis & solenniis an putas hec similia
esse illis que Macrobius coligit:quale ē saturnaliū
& saturnaliorum bellum quoque Lucanum p lucē
se posuisti pinde ac si poneres regīum p regiense
Alii enim sunt Lucani a prouincia supra neapolī
posita alii lucenses a Luca:quæ ē supra pisas pp
inopiam exemplariorum ut presto possim discedere
& iterum exēplarium pro exemplarium.presto quo
q3 p cito posuisti:cū significet presens semp q3 posi
tum reperiatur cum uerbo substantiuo:ut presto
sum.Ego dixi sibi ipse aūt semper cogit me ire ad
eum.Gua.Abite parmeno & dromo hinc paulisp
ne cōtra me testimonium phibeatis.Par.quid ita
here?Gua.Quia uos dicam semp ita cōtra loquē
tes.Par.doce nos obsecro .Gua. docebo q alium
quoquū uerberas:aut minus quoquentē cibos re
multo magis esse uerberandum:cū te dico & dro
monem & Pogium dico:qui cibos non coquēdos

quoq̃tis:& quoquendos nõ quoquitis. Par. Istud ego nunq̃ feci. Gua. an hoc non facitis cũ ꝑ ei dicatis sibi & ꝑ se dicatis eum. dicendum enim erat ego dixi ei ipse aũt cogit me semp ire ad se. Par. here miror cur nõ moriamur omnes. Gua. quid ita? par. quia nemo te excepto est: qui non edat circurbitas crudas & pepones coctos. Gua. Quid istud est? Par. non ĩtelligis istud ipsum quod dicitis de cibis quoquendis ac non quoquendis? Nam cum dicimus si tibi fides habenda est: ego dixi sibi pepones quoquimus cum rursus cogit me semper ire ad eum crudas carcubitas edimus. Gua. sile iam ac q̧ audi. Nec miror accolas circũuicinos demus: q̧ circumuicini repiantur. Gua. qui sũt alii accole q̧ circũuicini pene namq; idem sunt accole finitimi incollas opinor dicere uolebas. Dro. Istuc mi here ignorabam. Tribus fere stadiis ex eo loco reni tacẽtis rumor exauditur. At Istud nõ ignoro mi here: in quo ut nunc Pogius ita pleriq; italici errant: cũ apud nos nemo erret. Nos enim dicimus rumorẽ: unde rumigerulus ꝑ uulgi sermone de re aliqua noua uos quoq; ꝑ strepitu & fragore: qualis est reni: qui non longe a patria de montibus cadit: sed iste porcus quonam uocatur nomine. Par. Pogius. Dro. iste inq̃ siue Pogius siue porcus nõ ruminat: cum rumorem mixtum sensum accipiat. Fenestrelle pplures demisse. Gua. An ignoras mi pogi scrip

torem illum uocatum esse fenestellam a fenestra ?
cur tu .r interposuisti? pplures quoq; non dici sed
cōplures iam admonui: et fenestre nō dimitunt :
sed canistella & funes p fenestras: tu aūt significare
uolebas (ut oppinor) illas fuisse solo ꝓpinquas, cō
posita mensa desup aquā natāte. Gua. desup aquā
tu dixisses dromo? Dro. Quid ni mentior aduerbi
um est desuper nō prepositio idem casui nō seruit.
Gua. Dionysi dic aliquid e uirgilio exemplum hu
ius dictiōis desup. Dio. Desuper alcides tellis pmit
desuper aquam flutante. Gua. Itez desuper aquā
Dionisi dic tu aliud simile exemplū. Dro. Tū siluis
scena coruscis desuper horentiq; atrum nemus
iminet umbra. Qui eam pillā capit: potior habet :
isq; itez picit eam ad psonam sibi acceptiorem: cū
illam multi petāt. Gua. psonā p corpore hominis
quale est mittere pillam ad personam ubi legisti ?
tu Dionysi utrum hec dixisses potior & acceptior
an potissimus & acceptissimus ? Dio. Nempe per
superlatiuum quia de cōpluribus sermo est: iisq; eius
dē generis. Dro. Mi here hic adulescens tuus senex
est: ille uero senex adulescens & puer: sed qdm iam
discipulus esse idem discere amplius nō potest. Par.
Minus dediscere Nam nihil admodū didicit an di
dicerit nescio: si didicit pfecto iā dedidicit. Gua.
Sinite respondere adulescentem. Mihi crede abiet
in sudorem. Gua. Est hic qdpiam uicii? Dio. Abiet
p abibit eo enim futurū facit ibi nō iet. Volebam
lucreciū p qndecim diebus. Gua. Quomō tu hoc

dixisses. Dio: ad quidecim dies. Gua: Cur ita? Dio. quia sic diceretur p quidecim diebus: ut p amicis meis qppe ea re indigentibus: at dies non indigēt libro. Nihil enim unq̄ de te noui q̄uis sepius inue stigaui. Gua. quid differunt Dionysi uestigo & in uestigo. Dio. uestigo quasi per uestigia quæro: in uestigo uestigando inuenio ¶ Ipse habitat penes sāctū petrū ego prope cincium. Gua. Tu ne Diony si ita dixisses? Dio Quid ita dixissem penes p pro p:cum presertim abs te audierim penes esse aliqd in arbitrio & quasi in manu esse. Neq; tantum da mna extimanda sunt q̄tum decus & ignominia. Gua. Et hoc ita dixisses Dionysi? Dio. Minime, sed tanti & q̄ti ut te semper audio loquentem. Dio. Nūc taceo cum audio a puero senem doceri. Par. Caballe & asine negabas modo hūc posse discere: nunc cōtra doceri ais. Dio. docetur quidem Pogi us: sed non discit. an putas omnia: que magr̄ do cet: audientes discere? Par. Me uincis. Itaq; intellige me non dormire: aut te uerbis pascere & mane po licitatione ut ceteri. Par. hic ego pro Dionysio re spondere debeo hoc tale uicium est quale superi⁹ nominatiu⁹ p accusatiuo. Itaq; hunc nominatiuū accusabo. hec pogi hec cur sic barbar̄ loqueris ut tibi ppe barbarum euellam? Gua. Caue uellas uer bero habet ortū egregium in quo est fons irrigu us. Gua ha Pogi fontem irriguum dicis quid ap pellares ortū tu Dionysi qd diceres. Dio. Ego or

tum dicerē irriguū:qđ irrigaretur afōte.uerū apud uirgiliū legerī irriguū fontē in quarto georgicorū Irriguūq; bibāt uiolaria fontē. Gua.hoc est qđ parum cautos falit:q̄ putāt idem sibi licere qđ Poetis dicit enim idē Virgilius Sedeř carine omnes inocue:hoc ē qđ fracte nō sunt itaq; sicut hic posuit actiuū p̄ passiuo nam inocuus ē:qui nō nocet:qđ nūc positū ē:q̄ nauibus a terra nocitū nō est:ita hic passiuum p̄ actiuo. Est enī irriguū qđ irrigat. Sed qa in culpanda auaricia sacerdotū:ii potissime apti uidentur:quos illi dignificāt Certifices me iterū siq libri petrarce sūt uenales inter istos colutii. Gua. tu ne diceres dignificāt Dionysi Dio. Ego ne potissime qde dicerē sed potissimū: & dignos faciūt:siue p̄ dignis habent:& cerciorē me facias. Sed hic p̄sto scribit : & ego ad uos presto ueniam .Gua. Quid hoc sic diceres Dionysi .Dio . Imo & is celeriter scribit & ego ad uos p̄pere ueniam. Nam quo ad āiū ita excessit e uita:ut q sponte abeunt nō qui sponte eitiunť. Gua. Illud quo ad āiū:tu quomodo diceres Dionysi? Dio. Quātū ad aīum pertinet:nam p̄ quo quātū nō audiui. Credo nemo p̄pe diē ualere:& rē cōfecturū ut spero. Gua hiccie aīadeuertis aliquid Dionysi? Dio. qđ frustra geminať me. Gua. Nūqd aliud? Dio. q̄ ualiturū ē ut cōfecturū. Gua. Recte sentis. Extimo libros Antonii nisi qd ille secus statuit uenūiri deber. Gua. quid hic aīaduertis Dionysi. Dio. Nēpe qđ uenūirī nō iri dicit Gua. Cur ita . Dio. Quia nec uapu

latũ iri dicim⁹ sed ire Gua. Quamobrem. Dio. q̃a in ceteris que ambigua sũt q̄ actiue & passiue acci pi possunt ad distinguendũ sensum accomodam⁹ infinitum hoc uel actiuũ uel passiuũ ut uideo te a matum doctũ lectum auditum ire uel iri talia enĩ supina ãbigue siue ãcipitis significationis sunt: At uenũ uapulatũ & siqua sũt talia non sunt ãcipitis; sed sẽper passiue significacionis Ideo nõ potest ad di utrũq₃ sed alterius ifinitũ hoc est ire non iri nec duo passiua copulanť. Gua. nõ quid aliud aĩaduer tis. Dio. supuacaneũ etiam illud debere sic. n. isti lo qui possent dromo & Parmeno dominus iubet q̄ debeam ire ad forũ/Sacullũ accipi in quo membra ne erãt una cũ finiculo que iam maiori ex p̃te ami cis dedi. Par. Tu nos reprehendis Dionysi qui ma g̃ri aut certe reprehensores huius uiri sumus mi here hoc contrarium illi uicium est quod Pogius superius admissit Nam ut ibi dixit hoc fasciculum quod hic fasciculus ita hic e contrario hic fini culus pro hoc finiculum hoc profecto est uicium uerberibus plagisq₃ dignum non illud quod in nobis iste reprehendit. Guarinus non quid hic aliud uides. Par. Ego non aliud. Guarinus quid tu Dionysi⁹. Dio. opinor dicendum feniculũ nõ finiculũ. Guarinus Recte sẽtis/Nicola noster cum ẽ lõgus natura tũ rebus suis uacãdũ fu it. Gua. q̃d hic uos uitii uidetis. dio. dic tu parme

no qui uindicas tibi facultatem Pogiũ reprehẽdẽ di. Par. dic tu dromo. Dro. Audiamꝰ Dionysiũ for te qđ dicit nihil ẽ. Dio. ubi sunt hec cũ & tum ubi est semp idem suppositum nũc nõ potest illud ni cola suppositũ esse illius uacãdum fuit cum dicen dum sit Nicolæ uacandum fuit . Dro. istud quod ais Dionysi nec ego curo nec aliquid est nisi secus herus sentit. Gua. Ego cum Dionysio sentio ea re ipsum iterrogaui uerum i hoc malo te interrogare dromo quod sequitur. Sis cõtentus li bruncula castratelli. Gua. Qualis hic sermo est ti bi uidetur. Dro. de castratello loqueris. Gua. & de isto & de alio. Dro. Mallem te iterrogare parmeno nem carnem castratenam emere solet & quoquere sic enim suetetum uos apellatis italici an hoc est ꝙ me interrogas ꝙ castrasuetum tũ dixit Pogius ꝓ ueruece uere est ueruex qui pro ueruecullo dixit castratellum. Gua. nõ qd est aliud. Dro. Librũcula nõ placet mihi & nescio quare potius nam ego di cerẽ castricula q̃ libruncula sicut enim nõ dicimꝰ libRunculus ita nec librũcula dici debet. Gua. quo modo ergo ꝓ librũcullo dicis librum paruũ. Dro. certe libellum. Gua. sic nunc de parua libra dicas q̃ male librunculam dici sentis. Dro. ha ha intelligo libella dicendum sicut de labrũ labellũ: dii tibi Po gi de istis tuis ueruecinis siue castratinis labellis ac libris non unã libellam: sed duas libras carnis aufe rãt: & linguã õndas: q̃ tã barbare loquitur. Te aũt nõ potui cõuiuari quia domus erat inepta. Gua.

Quid ē Dinoysii uicii. Dio. Quia conuiuari depo nens est nō inuitare alium in cōuiuium: sed in con uiuio esse. Emas mihi lecticam uel nouam uel uete rem: nam in domo sum quasi forensis. Gua. Quid hoc est uicii lectica. qui ē paruulus lectus: p fulcris accipit que sunt tabule compacte sup quas lectus pōitur: Item forēsem p extraneo & peregrino: sed ita semp pmeno loquitur ideo uicium hoc nō u d runt. Verum ii motus parantur: & unūquēq; tede at conditio fortunæ suæ: At ego uicium fortasse isti uidebūt. Par. ego uideo peccauit quia. Dro. & ego uideo mitte me potius parmeno dicere. Par. imo me tu potius: qui prior cæpi Dro. nō d̄buisti incipere expectare alterum fuerat modestius. Par: cur ergo tu me nō expectas? Dro. quia tu me pri⁹ nō expectaras Gua. Quid tēpus teritis qd alter dixerit id utrunq; dixisse existimabo. tu dromo cō cede quoquo: pniciosa res est quoquū habere ini micū: saluberimū uero atq; dulcissimū habere ami cū. Dro. Recte admōes here. dic mihi pmeno. Par. Quid nisi ueruex atq; castrat⁹ dicerē isto modo? qd uult mi dromo āte se uerbū tedet. Dro. Accti ū. Par. nūqd habet? Dro. noiatiuū. Par. qd post se Dro. genitiuū. Par. nūqd hab&. Dro. acctiū. Par: ergo ābo hominē accusemus. Dro. imo uerberm⁹ hem dormit. Par. pol dormit: & ut opinor usq; dormiuit. Gua. excitare hominē par. euigila pogi. dro. dormit aptis oculis: surge Pogi surge. Po. qd me pcutitis qd me excitatis? Dro. qa apertis oculis

dormis ut lepus, Pog. semp sic dormio. Dro. Ita ne cum dormis oculos habes aptos: cũ qs tecum loqtur aures habes clausas? Pog. qs mecũ loqt? Dro. Guarinus. Pog. ubi is ẽ? Dro. en tibi. Pog. Guarine. Gua. imo tu hinc aberas Pogi. Pog. Edepol nihil (si quid dixisti) audiui. Guarinus at unum audi quod restat. Si uolumẽ decadaꝶ tibi placet: ubi repisti decadaꝶ. po. dicit sicut cicadaꝶ. Gua. nõ decada dicit sicut cicada sed decas. Pog. istud tuũ græcũ est: hoc meũ latinũ: sed fac istos abire si uis ut de ceteris respondeã. Gua. Iam nihil ẽ qđ amplius notarit Laurẽtius. Pog. notet si uolet: sũmat alios quoscũqꝫ e meis libros. Gua. placet. La fiat expecta reliqua.

Explicit Inuectiua Laurẽtii Valẽsis in Pogiũ.

Index operis.

FINIS

Impreſſit m'ra Lucas hunc arte libellum
Qui Legis artificis approbes igenium.

.MCCCCLXXXI. DIE 4 MENSIS
OCTOBRIS. VENETIIS.

L. VALLAE
OPUSCULA

VENETIAE
1481